



**R. P. Lvcæ Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia  
Spiritvalia Qvadraginta, De Sacrosancto Eucharistiæ  
Sacramento**

**Pinelli, Luca**

**Coloniae, 1608**

Meditatio De sanguine à Christo in spinea coronatione profuso.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59691)

## MEDITATIO

*De sanguine à Christo in spine a corona-  
tione profuso.*

## PUNCTA MEDITATIONIS.

1. C O N T E M P L A R E anima mea  
quomodo truculenti tortores, po-  
stequam corpus Christi flagris concidi-  
sent, venerabili caput illius cruciare aggressi  
sunt: Et antequā spinos sero illud corona-  
rent, capillis Christi sum modo in hanc, mo-  
do in aliam partē, modo sursum modo de-  
orsum trahebant, illum hac ratione nō sine  
maximo dolore & cruciatu suo derisui ha-  
bentes.

2. E X P E N D E quomodo corona spi-  
nea supra ipsum I E S V Christi caput apta-  
ta fuerit, ministri enim ne se lacerarent sur-  
culos spinos capiti imponabant, & bacu-  
lorum quorundam ictibus easdem in for-  
mā coronae accommodabant. Vnde siebat  
ut sacrum illud caput simul ex baculorum  
ictibus, & spinarum aculeis maximum do-  
lore sentiret.

3. C O N T E M P L A R E quomodo in-  
formāda corona supra caput Christi, prop-  
ter ferociam & crudelitatem ministrorum,

multæ spinæ confractæ fuerint, quarum aculei in capite Christi remanebant, quæ iterum violenter impulse noua vulnera ei infligebant, mansuetissimoque lassus & nouorum dolorum & angustiarum causa erant.

4. ASPIRE anima mea, quomodo venerandum illud caput, sanguinis riuos quaquaversum scaturiat, quia ex omni parte spinis acutissimis circumdatum & transfixum erat.

5. INTYRE anima serenam illam faciem, quæ paulò ante intuentes lætificabat, modo sanguine deformatam & contaminatam sp. næ etenim quæ frontem transuerant, sanguinem tanta in copia emanabant, ut per faciem ad terram usq; deflueret.

6. ASPIRE anima mea, quomodo gloriae Dominus, à vilibus & sceleratis satellitibus irridetur. Vide quomodo verus calorum Rex, in terris per ludibrium & contumeliam rex salutatur, cuius coronam spinæ, cuius sceptrum arundo supplet.

7. CONTEMPLARE admirabilem filij Dei patientiam: qui cum esset æterna Patris sapientia, nostri amore ludibrio haberi non detrectauit, ut per has suas irrefiones & contemptum, superbiam nostram & vanitatem argueret, & sanaret.

## COLLOQVIVM I.

**Q**uid sibi vult Domine nouus hic ve-  
stitus? Cuius regni factus es Rex  
quod sceptro & corona decoratum te vi-  
deam? Si ita se res habet, gaudemus & la-  
temur, Sed tu Domine nullum lætitiae sig-  
num ostendis: imo mæstum & afflictum ut  
video, capite in terram inclinato, non oleo  
peruncto, ut antiquis Regibus fieri consue-  
uerat, sed sanguine cruentato.

O afflите I E s v, in cæterorum Regum  
coronatione, ad indicium lætitie ac libertatis,  
pecuniæ in populo spargebantur, sed  
tu sanguinem è capite tuo profundis? In  
cæterorum Regum creatione, alta voce po-  
pulus acclamat. *Vivat Rex.* Tibi vero Iudei  
necem machinantur, & paulò post exclamabunt,  
*Crucifige. Crucifige.*

Dicite obsecro Iudei, quod ambitionis in-  
dicium in se vñquam Christus ostendit,  
quod in illum, veluti hominem dignitatem  
& honores immoderatè ambientem ani-  
madueritis: Quod ille dominum, quod  
regnum ambivit, quia manibus eius tam  
contumeliosum sceptrum indidistis, & ca-  
piti eius tam funestam coronam imposu-  
istis, ad regni concupiti testificationem?

Num

DE V. VVLNER. CHRISTI. 129

Num oblii estis , quod cum eum Regem  
vestrum reuera constituere moliremini,fu-  
ga hunc à se honorem declinavit : hac rati-  
one vobis ac toti mundo clarè demonstrās,  
se ab omni ambitione honorumque cupi-  
ditate alienissimum , imo honor bus ipsis  
inimicissimum esse.Ceterū,amantissime  
Iesu , cur modò etiam fuga tibi non con-  
sulis,potuisses enim si voluisse : Non vin-  
cula,non ministri iustiriae,in hoc tam pro-  
broso suppicio te retinent , sed amor nos-  
tri , vt nim irum pro intolerabili superbia  
nostra satisfaceres. Mea peccata Domine,  
sunt spinæ,quæ sacrum caput tuum trans-  
figunt.Mea ambitio , ignominiosum hoc  
sceptrum,manibus tuis indidit , & ludicra  
hac purpura te circum dedit.

COLLOQVIVM. II.

O Truculenti tortores , aliqua tandem  
vos tangat commiseratio : hic enī  
homo,quem ira immaniter torquetis,nul-  
lam vobis nec ulli alteri iniuriam aut mo-  
lestiam intulit: Misericordia illius , quia tam  
malè à vobis habitus & tortus est , vt mor-  
tuo homini quam viuo similior sit.Sed heu  
Domine,odium ludæorum,hostium tuo-  
rum iuratissimorum,tam insatiabile est , vt  
f s potius

110 MEDITATIONES.

potius te mortuum concidere , quam à tuis  
Supplicijs cessare malint : ac proinde cum  
denuo vestibus nudatus essemus , humeros tu  
os statim purpura circum dederunt , non  
modò ad ludibrium , sed etiam ut ingens  
vulnus à flagellis inflatum congererent,  
ne crudeles ministri , viso corpore ita su  
ciato & lacerato , ad compassionem moe  
rentur , atque à capite tuo spinis perforan  
do manus cohiberent: sed amorosa pati  
tia tua tanta fuit , vt versutam ludorum  
malitiam vinceret . O sacrum caput , te non  
decent tribuli ac spinæ , non enim es ex illa  
terra , quæ propter peccatum à D s o m  
aledicta est : nobis conuenit hoc tormentum , quia nostra est culpa .

O serena facies , Sole splendidior , quo  
modo sic sanguine deformata es ? O pii  
oculi , quæ vos caliginosa nubes context  
& obscurauit ? O Sancte Paule Apostole ,  
quando Christus hic de cœlis descendit , ho  
mo factus est , dixisti , neque id immenso  
quod semet ipsum exinanuerit formam serui  
accipiens : quid modò dices , quādo ita tran  
figuratus & deformatus es , vt illud Isaie  
33. Cap. in ipso adimpletum fuerit . Non si  
species ei neque decor , vidimus eum & non era

spectus Quandoquidem ergo cernis anima-  
nica, le s v m paulatim magis ac magis a-  
more nostri humiliari, humiliatur etiam  
teipsum, si ab illo agnosci & amari cu-  
pis.

ORATIO.

Patientissime IESV per sacrum illum-  
sanguinem quem ex venerando capi-  
te tuo profudisti: & per dolorem quem ex  
spinarum aculeis caput tuum forantibus,  
sensisti, te obsecro, da mihi gratiam & for-  
titudinem ita moderandi omnes appetitio-  
nes meas, ut non querar neque desiderem  
fugacis huius mundi honores & dignitates:  
vtque, tui exemplo ab omni ambitione  
alienissimum, imo & inimicissimum ani-  
mum geram. Præterea humiliter te rogo,  
ut talen mihi spiritum largiaris, ut quando  
in parva existimatione ab alijs habitus  
aut contemptus vel irrisus fuero, non modo pati-  
eter id sufferam, amore rui, sed etiā gaudet  
& gratas reddam tue diuine Maiestati,

f. 6 quod

quod me tibi aliquomodo conformare digneris, qui salutis meæ causa à viliissimis satellitibus in hac non minus dolorosa quam ignominiosa coronatione tua ludibrio haberi voluisti. Super omnia denique oro te benignissime IESV, fac ne sub capite spinoso, sim membrum delicatum. Amen.

## MEDITATIO

De sanguine à Christo in cruci baiulatione profuso.

## PUNCTA MEDITATIONIS.

**C**ONTEMPLARE anima mea quæ dolorosam illam coronationem spineam secura fuere, quæque nouam afflittiſſimo IESV sanguinis effundendi causam præbuerunt. Primo igitur aduerte, quomodo scelerati carnifices, cum Christū ad mortem condemnatum esse intelligerent, hoc nuncio vehementer exultantes, purpuram à corpore ipsius ingenti cum ferocia abstraxerint, simulque vulnera, quibus